Capitaneali Praemisliensi, ex tunc rece pro suprascripta quo ad respondend. spectat mediante, semper in primo citationis termino tanquam peremptorio stare Iuri parere, respondere, vadium praefactum luere, Inscriptioni praesenti satisfacere, ac omne Iudicatum pati debebit et tenebitur seque ac suos Successores ad eadem omnia inscribunt et obligant praesentibus. Illum Terminum primum peremptorium, et alios omnes exinde consequentes eiusdem Terminos semper peremptorios, vera Infirmitate pro maiori Minorennitate successorum, legatione intra vel extra Regnum servitio militari, ad munimenta ad exercitum, vel alijs quibusvis dilationibus et legalibus impedimentis non differendo, ad Quietationem ... Officij praefati Castren. Capitan. Praemislien. delationem sibi non recipiendo, nullasque motiones, appellationes, ac earum prosecutiones faciendo, ac praemissa omnia per dictis simplicibus vel triplicatis, evasionibus, suspensionibus, fatalijs Iuris, praescriptione terrestri, bello, conventione, ac alijs omnibus Iuris remedijs eo defensis non subterfugiendo nec modo alio quovis evadendo Hisque praesentibus Recognitionibus ad praemissa omnia mediantibus.

1669

Vigore Laudi Sabbatho post diem Cinerum proximo Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Sexagesimo nono

Glebocki et Biskupski inter se mutuo Intercisam Roborant

Comparentes personaliter coram Officio et Actis praesentibus Castren. Capitan. Praemislien. Gnosi Christophorus de Glebokie Glebocki et Marianna de Pi-

stu

sui primarum olim Gnosi Stanislai Lisicki ad praesens vero secundarum nuptiarum eiusdem Gnosi Flembocki consors coniuges legitimi ab una, hic Joannes Wierzbieta Biskupski parte ab altera sanimentibus et corporibus existentes, a terris, districtibus, iuribus, iurisdictionibusque suis quibusvis proprijs et competentibus recedendo. Praesentique castrensi Capitaneali Praemisliensi iurisdictioni quoad actum hunc attinet, secum successoribus ac bonis suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporando atque subijciendo palam libere publice ac per expressum recognoverunt, et quilibet illorum seorsim suo pro interesse recognovit. Quia ipsi et quidem suprascripta Gnosa Flembocka cum praefati Mariti sui uti Tutoris coniugalis personali assistentia et ultroneo ad infrascriptionem recognoscendum consensu, supranominatus vero Gnosus Biskupski super Gnosa Barbara Trocholska consorte sua legitima proenig rati habitione cavet et se praesentibus inscribit nomine sibimutuo et invicem una parte alteri ac posteris utriusque partis Intercizam certam inter se Recognoscentes et praefatam Gnosam Barbaram Biskupska unius Recognoscentis consortem ratione Arendae bonorum Villae Chmielnik alteriusque certarum rerum et conditionum in eadem Intercizia contentarum de actu et data illius hic Premisliae die hodierna in actu contenta confectam et conscriptam manibus sui Recognoscentium proprijs ab utrisque subscriptam vadioque Mille Quingentorum florenorum polon. ad tenendum firmatam, in omnibus et singulis eiusdem Interciziae conditionibus, punctis, clausulis, articulis, vadio, ligamentis, ac nexibus generaliter universis firmiter tenere, complere, exequi, ac inviolabiliter observare, omnibusque et singulis eius contentis, tam in parte, quam in toto, toties quoties opus fuerit satisfacere: Intercizam praefatam ac inscriptionem praesentem roborantem, et Inscriptionem praesentem roborando ad praedictam Interciziam vicissim in toto referendo: Idque sub vadio summae Mille Quingentorum florenorum polon. per partem parti cum successoribus utriusque partis ob non completionem prae-

tenoris

tenorem Interesse praefati, omnium et singulorum tam in parte
quam in toto, totiesquoties opus fuerit ad solvendum succumbendo.
Nihilominus Generosus Joannes Wierzbieta Biskupski Venes Recognoscens
se ac suos successores in et super omnibus suis generaliter omnibus ac sum-
mis pecunijs quibuscunque habitis et habendis supra scripto Generoso Christophoro
Plembocki et Marcianna de Piaski Conjugibus legitimis eorum po-
steris, inscribit et obligat praeterea supra memoratam Generosam Barba-
ram Drocholska Consortem suam legitimam cum personali sui a sta
vel in eventu mortis successores illius ad agnitam perpetui inscri-
ptionis praesentis roboratoriam, vel similem suo pro Interesse faciendam ad Acta
quaevis authentica Regni vim perpetuitatis in se habentia infra de-
cursum duodecim septimanarum adducere et personaliter statu-
ere, ab eaque vel eius successoribus ut praemissa debite exequantur effi-
cere, idque sub alio simili et speciali vadio summae aliorum Mille
Quingentorum florenorum polonorum, per eundem Generosum Biskupski
sive eius posteros supramemoratis Generosis Plembockim Conjugibus sive eo-
rum successoribus ob non statuitionem praefatae Generosae Barbarae Dro-
cholska Consortis suae legitimae statuendae vel in eventu mortis succes-
sorum illius, pro tempore et loco superius expressis ad solvendum succumbendo.
Pro quibus quidem vadio vel vadijs modo praemisso ad solvendum succubitis
ac pro re aliqua principali, ex contentis Inscriptionis praefatae non comple-
ta complendum Contractus memorata pars una praemissa non tenens
sive eius posteri, ad instantiam partis alterius praemissa tenentis et
complentis; vel illius successorum ad Officium praesens Castrense Capi-
taneale Premisliense, extunc recessu supra scripto quod respondendum
spectat mediante semper in primo Terminis termino, tanquam perem-
ptorio, stare, sua parere, reddere, vadium vel vadia pro tanta succe-
sionis sue satisfacere, ac omne baculationem pati debebit et tenebitur
seque ac suos successores, ad eadem omnia inscribit et obligat praesentibus. Illud
Terminum primum peremptorium, et alios omnes exinde consequentes
sua eiusdem Termini semper, vera Infirmitate, maiori, minorennitate
successorum, Legatione intra vel extra Regnum, servitio militari, ad muni-

praemonia

mento ad evictionem vel alijs quibusvis dilationibus et legalibus impedimentis non differendo, ad quietationem praesentanter ligamen complendum ad finem.

Kaminskich mutua Advitalitas.

Comparentes personaliter coram officio et Actis praesentibus Castren[sibus] Capitan[ealibus] Premislien[sibus] Nobiles Lucas Kaminski olim Nobilis Joannis Kaminski cum olim Nobili Sophia Kaminska procreatus filius ab una et Constantia Zgorska olim Generosi Alberti Zgorski cum Generosa olim Dorothea Predkowna procreata filia, praefati Nobilis Lucae Kaminski Consors legitima parte ab altera sani mentibus et corporibus existentes a Terris, districtibus, Juribus, Jurisdictionibus suis quibusvis proprijs et competentibus recedendo. Praesentis vero Castren[sis] Capitanealis Premislien[sis] Jurisdictioni quo ad actum huncce attinet, secum successoribus ac bonis suis generaliter omnibus omnibus totaliter et plenarie incorporando atque subijciendo palam libere, publice, ac per expressum recognoverunt, et quilibet illorum seorsim suo pro interesse recognovit. Quia ipsi et quidem praefata Nobilis Constantia Zgorska cum eiusdem mariti sui viri Tutoris Coniugalis personali assistentia ex ultroneo ad infrascripta recognoscendum Consensu sibi mutuo et invicem omnium generaliter bonorum suorum haereditariorum et obligatoriorum mobilium et immobilium summarumque quarumvis pecuniariarum, nec non auri, argenti, Clenodiorum, unionum, Margarethanim, vestium, vestimentorum stanni, aeris, Cupri, orichalci, pecorum, pecudum, equorum equitiarum ac totius suppellectilis domesticae in quacunque forma et materia existentium nunc habitorum et in post habendorum mutuam advitalitatem et eorum fructium, ad extremum duntaxat vitae utriusque eorum tempora tantummodo et non ultra inscripserunt contulerunt et assignaverunt, prout inscribunt, conferunt et assignant praesenti tali videlicet modo et conditione: Quod si prius praefatum Nobilem Lucam # Kaminskum quam ipsam Nobilem Constantiam Zgorska Consortem ipsius mori ex hac luce decedere contigerit, extunc eadem Nobilis Constantia

\# Kaminski